Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Petri Comestoris historia scolastica - Cod. Aug. perg. 138

Petrus <Comestor>

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Hester

urn:nbn:de:bsz:31-41955

Visual Library

·x· terna in diebus festis et processionibus. [F]uit die ii xiiii quia
audierant in lege Amonites et Moabites
non intrabunt ecclesiam dei, separaverunt ab ecclesia
alienigenas et in dedicatione sua statuerunt
instituit generale ieiunium ut affligerent animas
suas homines et iumenta usque ad pilos septenes
Et convenit octies ad audiendam legem quater in die
et quater in nocte. Lectione terminata prosternebant
se ad orandum et fiebant preces super eum et tandem
benedictio sacerdotalis. Ex hiis ut dicebat ecclesia traxit
in exemplum. Nam et super quod legitur et levite
clamantes faciunt preces et octies convenit ad ecclesiam
et sic nos peregit eo modo quo illi. Semel in nocte
surgimus ad nocturnos psalmodie. Media noc-
te surgebam etc. In die vero septies psallimus. Psallite
septies in die laudem dixi tibi. Singulis autem horis
qui legit lectio quam capitulare dicimus praeter completorium
nunc ad preces in diebus festis et subditur oratio
benedictione. **De dedicacione muri et obitu**
[P]ostero in deces Neemyas. **neeme. xi.**
urbe vacua fere habitatoribus rogavit
optimates ut habitarent in ierusalem et bene-
dixit eas que se sponte obtulerunt. Reliqua vero multi-
tudo misit sortem et decimum caput fecit habi-
tare in urbe.
·xii· [T]ali aliquo tempore pregregata sunt in ierusalem
ad dedicationem muri et ascendunt sacerdotes
et levite et cantores cum musicis instrumentis
et psallentes incedebant per murum. Hesdras pro-
cedebat. Neemyas et optimates secundum alteram
partem muri incedebant psallentes. reliqua
multitudo sequebatur eos super terram et ducebant
choros. His completis rediit Neemyas ad
regem anno xxxii regni sui. Et mortuus est
Hesdras in senectute venerabili et cum multa
laude sepultus in ierusalem. Hunc quidam hebreorum
autumant fuisse Malachiam, sed Malachy-
as post regressum captivitatis natus est in Iudea in
Sopha. Qui ex optima vita fuit et aspectu
decorus. Populus appellavit eum Malachy id est angelum.
Tradunt et quod quando prophetiae dicebant eadem die
apparens dei angelus iterabat. Et mortuus est dum
adhuc iuvenis esset et sepultus est in agro
suo. Post decem annos dierum suorum rediit Ne-
emyas in ierusalem ex beneplacito regis et intel-
lexit multa mala que fiebant in ea. Sacer-
dotes enim in diebus illis sive non habitabant
in gazophilaciis circa templum sed in domibus
propriis cum omni domo sua et custodiam vasorum
domini posuerunt in domibus sequestratis a templo.
·xiii· [E]t edificavit de Tobie gazophylacia in
quibus excubaverunt sacerdotes et reponentur decime.
Preterea vidit in sabbato calcantes torcularia
in sabbato et inferentes in ierusalem uvas et uvas
ficus et omne honus. Gentes quoque inferebant pi-
sces et venalia et vendebant in sabbatis filiis
iuda. Et obiurgavit optimates dicens
Cur prophanastis diem sabbati et induxistis
iram dei super israel et civitatem hanc? et adiu-
ravit eos de custodia sabbati et precepit
claudi portas in sabbato ne intrarent ne-
gociatores et manserunt extra urbem semel
et bis. Et contestatus est eis Neemyas quod si
deinceps venirent manum mitteret in
eos et recesserunt. Et fecit Neemyas
in urbe bybliothecam congregans libros
regum et prophetarum et David et epistolas regum de
donariis. Et ex hiis omnibus que fecerat oravit
Neemyas ad dominum dicens. Memento mei
deus meus in bonum. Hucusque supputantur series
hystorie ab annalibus hebreorum. Quecumque
post hec apud iudeos gesta sunt de scriptis
Io[sephi] et Affricani exhibentur et de libris Mach-
abeorum quos quidam ab hebreis scriptum autu-
mant quidam a grecis. Et mortuus est Neemy-
as vir benignus et sepultus est iuxta muros quos
edificaverat. **Incidencia**
[P]ost Artaxersem regnavit Xerxes II
mensibus. Post quem Sogdianus mensibus vii.
Post quem regnavit Darius
cognominatus Nothus sub quo
Egyptus recessit a Persis.
Post Darium regnavit Arta-
xerxes qui cognominatus est Mnemon
Darii et Parasitydis filius.
Hic ab hebreis dicitur Asuerus,
sub hoc hystoria Hester
scripta est. **De Hester**

> Ea etate Soc-
> rates veneno periit et
> ignis de ethna
> erupit. Platoni-
> cus. Ypocras
> medicus claruit.
> Dyonisius in Sici-
> lia tyrannide
> exercetur.

[L]ibrum Hester transtulit ad peti-
tionem Paule et Eustochii de
hebreo in latinum. Et quia ideo
corruptus erat per varias edicio-
nes, revelavit eum de archanis hebreorum
et diligenter transtulit de verbo ad verbum. Reg-
navit Asuerus ab India usque ad Ethyopiam
super cxxvii provincias et erat in Susis civita-
te solium regni eius. Tercio quoque anno imperii
sui fecit grande convivium cunctis principibus
et inclytis in diebus provinciarum coram se clxxx
diebus in domo illa mirabili de qua legitur
in hystoria Alexandri cum columpne erant

argentee. tectum instar firmamenti. et cam
atum hinc gemmas diversi coloris in figuram
siderum et signorum depositas. Post hos dies co
nvivium invitavit omnem populum qui erat in Susis. et di
scubuerunt extra domum. vii. diebus in vestibulo
orti delicati. In orto erat vinea habens
vites argenteas. et palmites aureos. et bo
tros ex varietate gemmarum distinctos. Su
per convivantes extensa erant tentoria que
appendebantur columpnis argenteis et mar
moreis eburneis circulis inserta. funi
bus bissinis atque purpureis. Lectuli quoque au
rei et argentei disposita erant super pavimen
tum smaragdino et vario stratum lapide.
Bibebant autem omnes in aureis poculis vin
optimum et habundans. nec erat qui nolentes
cogeret ad bibendum. ut id moris esset apud
Persas. Vasti quoque regina fecit convivium
feminarum in palacio regis. Die autem. vii. cum
rex incaluisset mero. precepit. vii. eunuch
is ut introducerent reginam in decore suo ut
ostenderet omnibus pulcritudinem illius. Que
ad imperium regis venire contempsit. Et
iratus rex consuluit a. vii. sapientibus qui vide
bant faciem regis. cum sententia Vasti sentiret.
Et ait Mamucham. Non solum lesit te solum Vasti
sed et omnes viros regni tui. nam eius exemplo
mulieres parvipendent imperia virorum. Eg
diatur ergo eadem a facie tua ut ultra
Vasti non ingrediatur ad regem. sed altera meli
or regnet pro ea. Et exiit edictum per omnes
provincias per epistolam regis. Et dixerunt pu
·ii· regis ad eum. Querantur virgines re
gi puelle speciose. et tradantur Aggeo
eunucho ad custodiam. et accipiant mun
dum muliebrem. id est vestes et cultum et ornatum
tum et mixtos talium mundiciarum voca
mus. et quecumque oculis regis placuerit regnet
pro Vasti. Placuit sermo regi. et iussit ita
fieri. Erat tunc in Susis iudeus vocabulo
Mardocheus de tribu Beniamin qui descenderat ex
transmigratione Iechonie. hic erat nutri
filie fratris sui Edisse que et Hester vocabatur. quam
orbatam utroque parente Mardocheus adoptavit
sibi in filiam. Hec inter ceteras tradita est eu
nucho. nec indicavit populum suum. sic enim man
daverat ei Mardocheus. et invenit graciam
in oculis eunuchi. et acceleravit ei cultum
muliebrem. et dedit ei. vii. puellas ut eam
ornarent et ornarent. et excolerent. Porro vir

gines. per. vi. menses ungebantur oleo mir
tino. et aliis. vi. quibusdam pigmentis et aro
matibus utebantur. ut per annum ingrederentur
ad regem. et quam vestem induebat egredieba
tur mane. nec poterat redire nisi rex exigeret
iussisset eam venire. Mardocheus autem versa
batur in vestibulo domus regie curam agens
salutis filie. Tandem instabat dies quo
Hester filia Abyel intrare debebat ad regem
Hec que fuit ab Aggeo cultum muliebrem
sed posuit in voluntate eius qui tenebat puellas
dare quecumque peteret. Et intravit ad
regem anno. vii. regni ipsius mense. x. qui hebra
ice dicitur thebet latine ianuarius. et invenit
graciam apud regem. et fecit eam regnare
pro Vasti. et celebravit nuptias pro mense
et mandavit per eos qui aggari dicuntur cur
sores regem in universo regno per tempus
nuptiarum. Mardocheus autem qui frequenter
morabatur in Babylonia. cum didicisset adductam
fuerat Hester. transtulit se in Susis. Eo tempore
irati sunt regi duo eunuchi ianitores. et machi
nabantur ut occiderent eum. quod non latuit Mardoch
eum. et indicavit Hester. et illa ex nomine Mar
dochei detulit ad regem. Quesitumque est et
inventum. et appensi sunt in patibulo. et traditum
est coram rege in annalibus in quibus reges actus
eorum sui temporis redigebant. Post hec ·iii·
Asweri exaltavit Aman Amalechytem
qui erat ex stirpe Agag quem Samuel trucidavit.
Et adorabant eum omnes servi regis preter
Mardocheum qui propter leges contra eos
genu non flectebat. Quod attendens Aman
indignatus est. et accipiens eum hebreum esse ait
propter hoc sibi flectum genua. Hic autem fuerat de
dignatus et disposuit perdere iudeos qui erant
in regno Asweri vel mortis odio quo iudei
deleverant Amalechytas. xii. itaque anno
regni Asweri mense primo missa est sors in
urnam que hebraice dicitur phur phuri coram
Aman. quo die et quo mense gens iudeorum debe
ret interfici. Et exivit mensis. xii. Tunc
ait Aman ad regem. Interest regis suave
pace. Novi autem pacis est dissimilitudo
Est gens in regno tuo dissimilis ceteris novis
utens legibus. insuper et regis sacta contempnens
expedit et ut non insolescat. decerne
ergo ut pereat. et ne dispendium sentiat
in tributis. x. talentorum appendam arch
ariis gaze tue. Tulitque rex anulum

quo uocabatur. et dedit illum aman dicens. Ar-
gentum tuum sit. et de populo age quod tibi placet. Tunc
scripsit aman ex nomine regis litteras anulo re-
gis designatas in omnes prouincias ut occiderent
iudei. a paruulo usque ad senem. et bona eorum
diriperentur. xiiii. die mensis xii. Statimque
in susis pendebat edictum. Quod cum legissent iu-
dei fleuerunt. Sed et mardocheus indutus est sacco
et aspersus cinere magna uoce eiulabat pro fori-
bus palacii. Non enim licebat indutum sacco in-
trare palacium. Quod cum accepisset hester con-
turbata est. et misit ei uestem qua indutus intraret
ad eam. quam accipere noluit. Sed signauit ei
per eunuchum eam flectus et exemplar edicti quod
pendebat in susis misit ei. monens eam ut in-
traret ad regem et supplicaret ei pro populo suo.
Que respondit. Iam xxx. diebus non sum uocata ad
regem. Decretumque ut qui non uocatus accesserit
moriatur. nisi forte rex auream uirgam intenderit.
Rursus mardocheus ad eam. Quis scit utrum
ideo ad regnum ueneris ut in tali tempore pare-
res. Si nunc silueris per alium liberabit deus populum suum
et tu et domus patris tui peribitis. Tunc man-
dauit hester mardocheo ut omnes iudei qui erant
in susis per triduum ieiunarent et orarent pro ea.
Sed et ipsa ieiunauit. Die autem tercio induta
regalibus stetit in atrio domus contra basilicam re-
gis cum duabus puellis. quarum una incumbentem
sustinebat. altera sequens longitudinem
uestis summis digitis deportabat. At ille
sedebat super solium contra hostium domus. Que cum
respexisset eam toruo uultu collapsa est. Cumque
uidisset hester lapsam placatus est. et extendit
contra eam uirgam auream. Que surgens et acce-
dens osculata est summitatem uirge. Et ait rex.
Quid uis hester? Quecumque pecieris dabitur tibi.
Et hester. Obsecro ut uenias ad me hodie et
aman tecum ad conuiuium. Et surgens uenit
ad eam. et fouens eam in gremio consolabatur
dicens. Noli timere. pro subditis lex data est. tu
uero in consortio regnas. Veneruntque ambo ad con-
uiuium regine. Cumque rex bibisset habun-
danter ait. pete quod uis hester. et impetrabis.
Que respondit. Obsecro ut ueniat cras rex et aman
et indicabo ei cor meum. Egressus est itaque
aman letus. Cumque uidisset mardocheum
non assurrexisse sibi indignatus est. et conuo-
catis uxore et amicis exposuit eis con-
silium suum. addens quod cum solus cum rege uocatus
fuerat hester ad conuiuium. ueritatem sen-
tentiam reputabat si diu uiuet mardocheus.
Et dixerunt ei. Iube parari trabem l. cubitorum
et suggere regi ut appendatur mardocheus
in ea. et sic ibis letus cum rege ad conuiuium. Et
parauit eam. Nocte illa rex duxit insompnem
et iussit sibi legi annales. Et uentum est ad
locum ubi scriptum erat quod mardocheus nunciaue-
rat regi facinus eunuchorum. Et ait rex. Quid
honoris consecutus est mardocheus pro hac fide?
et dixerunt ei. Nichil. Et quesiuit rex quis esset in
atrio. Et dixerunt pueri. aman. Ipse enim intra-
uerat ut suggereret regi de morte mardochei.
Cumque uocatus intrasset aman dixit rex ad
eum. Quid debet fieri uiro quem rex honorare uult?
Qui cogitans pro se dicturum esse. Respondit. Debet indui
stola regia et coronari dyademate et sedere
super equum regis. et primus de principibus teneat
equum et per ciuitatem incedens clamet. Sic honora-
bitur quem rex uoluerit honorare. Dixitque ei
rex. Festina et fac ut locutus es mardocheo
caue nequid ex his pretermittas. Et fecit aman
mardocheo ut locutus fuerat. Qui post reuerte-
batur. putans sibi illudi ab aman. sed iussu re-
gis cognito assensit. Et rediit mardocheus
ad fores palacii. Aman uero festinauit ad do-
mum lugens et operto capite. Et dixerunt ei ami-
ci eius. Si de semine iudeorum est mardocheus
ante quem cadere cepisti. non poteris ei resistere sed ca-
des. Et ecce nuncii regis compellebant eum in-
trare. Et intrauit cum rege ad conuiuium. Et ait
rex. pete quod uis hester. Que respondit. Dona mi-
chi animam meam et populum meum ne pereant. Vtinam
in seruos uenundaremur. et gemens tacerem. Et
ait rex. Quis est qui hec audeat facere? Que ait.
Hostis noster iste est aman. Quod ille audiens
obstupuit. Rex autem iratus surrexit et intra-
uit in ortum. Aman uero supplicabat regine
pro anima sua. Cumque reuersus esset rex reperit aman
corruisse super lectulum in quo iacebat hester
et ait. Etiam reginam uult opprimere me presente.
Et dixit arbona eunuchus. En lignum quod pa-
rauerat mardocheo stat in domo aman. Et
ait rex. Appendite illum in eo. Et suspen- .v.
sus est aman in patibulo. Et dedit rex hester
domum aman. Et ingressus est mardocheus
ad regem. confessa est enim hester quod patruus eius
esset. Et dedit rex mardocheo anulum
quem ab aman recipi iusserat. Hester autem
constituit mardocheum super domum suam. Que
iterum flens procidit ad pedes regis suppli-

cius ut veteres litteras quas scripserat Aman
contra iudeos novis epistolis irritaret. Et acquie-
vit rex. Et scripsit Mardocheus litteras a-
nulo regis sigillatas ad principes pro-
vinciarum ne occiderent iudei. Immo illos qui
parati erant ad occisionem iudeorum interfice-
rent iudei et mansit principatus eorum cum eis.
.vi. Et factum est nomen iudeorum celebre ita ut
plures de gentibus religioni eorum iunge-
rentur. Et recordatus est Mardocheus sompnii quod
viderat et interpretacionem eius intellexit. Et
hoc erat sompnium. Apparuerunt ei voces
et tonitrua et terremotus super terram. Et ec-
ce duo dracones parati contra se in pugnam
ad quorum clamorem naciones excitate sunt
ut pugnarent contra gentem iustorum. Et fuit
dies illa tenebrarum et discriminis. Et contur-
bata gens iustorum clamavit ad dominum. Et ec-
ce fons parvus crevit in flumen maximum et or-
ta est lux magna et humiles exaltati sunt
et devoraverunt inclitos. Porro ipsa littera
quam scripsit pro iudeis excusavit se rex in
hunc modum. Ne putetis si diversa iubemus
ex animi levitate venire, sed pro qualitate tempo-
rum ferre sententiam ut rei poposcit utilitas. Mul-
ti sublimati a regibus honore collato abu-
si sunt in superbiam et eos qui dederunt mo-
liri insidias. Aman ex animo et gente ma-
cedo et ex obliquo maculans gentem persarum a-
deo intumuit ut regno nos privare nite-
retur et spiritu nostro et Mardocheum cuius fide vi-
vimus et consortem regni Hester cum omni gen-
te sua novis machinacionibus expetit
ad mortem cogitans ut illis interfectis nostre in-
sidiaretur solitudini et regnum persarum trans-
ferret in macedonas. Nos vero nutu dei summi iu-
deos cum iustis patribus nostris traditum
est et usque hodie credidimus iudeos absolvimus
et hostes eorum interfici iubemus. Igitur xiii
die mensis xii. percusserunt iudei hostes suos
plaga magna perimentes usque ad lxx-
xv. m. die celebraverunt convivia cum gau-
dio partes sibi invicem mittentes. In Susis
vero interfecerunt d. viros et in xiiii die ob-
tinuit Hester a rege ut adhuc occiderent in
Susis hostes iudeorum et suspensi sunt x
filii Aman et de aliis ccc perierunt.
Et reliqui iudei qui habitabant in Susis duobus
diebus occisioni vacantes xv die con-
vivia celebraverunt et precepta mandavit

Hester et Mardocheus hos duos dies in ritu
sollempnitatis recipi et dies phurym i. sortium
observari a iudeis ut memoria facti nulla
deleret oblivio. Hos dies tunc vocant. Pro-
curatores eorum qui iudei de morte in gaudium con-
versi fuerant. Scripsit et Mardocheus. Ioiada
summus sacerdos erat qui pro suo Helya-
shib successerat ut dies isti sollempnes ha-
berentur in iudeis in sempiternum. Incidencia
His diebus Asweri Athenienses xxviii ty-
rannos ceperunt. Cum antea xvi tunc iterum
Senones galli duce Brenno Romam in-
vaserunt et excepto capitolio totam
vastaverunt. vi militum tribuni instituere
postulis (?) ceperunt. Obiit Anaxagoras
physicus et Eraclitus tenebrosus et Democritus et so-
crates in carcere venenum bibit. Dyogenes
et ysocrates claruerunt. Aristoteles audivit Platonem
xviii annum agens. De ocho

Post Asweri regnavit Artaxerses qui
ochus dicitur. Hic misit Vagosum
principem militie sue regionibus trans flumen.
Erat autem tunc summus sacerdos Johannes qui
iude pro suo successerat. Erat autem frater
Johannis Ihesus qui ad pontificatum aspirabat et
propter Vagosi familiaritatem presumit. Qui
contencio Ihesus altercatus in templo a domino Johanne
adeo iratus est fratrem interemit in templo. Unde
Vagosus indignatus ascendit in urbem. Cumque
prohiberent eum ab ingressu templi. Et quoniam in-
quit sic ego cadaver quo templum prophanastis.
Et ingressus templum spoliavit illud et in-
posuit iterum templi ministris tributum et a-
nonas annis vii. a quibus per inicium Hester
absoluti fuerant. Porro Artaxerses ochus
egyptum ad suum revocavit imperium nep-
thanabo rege in ethyopia pulso. Tunc
egyptiorum regnum destructum est. Idem ochus
apodasmo iudeorum capta in hyrcaniam
accolas translatos iuxta mare caspium collo-
cavit.

Eo tempore Incidencia Celavit
romani gallos superaverunt. Demoste-
nes et ysocrates claruerunt. Obiit
Plato. Pro quo Speusippus tenuit achademiam.

De dario filio arsami

Post ochum regnavit filius eius ~~Jaddus~~
Arsamus. Et mortuo Iohanne in urbem
successit ei filius eius Jaddus in sacerdocium. Post
Arsamum regnavit filius eius Darius. Hic
profecit regionibus trans flumen Sanaballa

de gente chuteorum ex quibus samaritae desce-
derunt. Erat autem iaddo frater manasses ad pon-
tificatum anhelans propter quod ysarcha filiam sa-
raballe duxit in uxorem. Cumque multi ex
in sacerdocio indignati sunt ierusalem et iube-
bant eum recedere ab uxore aut non intrare
in sacrificium. Itaque manasses cum uxore tran-
stulit se ad socerum suum qui pollicitus est quod edifi-
caret ei templum instar ierosolimorum in monte
gorizim. Sed hoc iussu regis darii faciendum erat.
Interim accedit ei abygsam quem mediter-
rane iuxta tyriorum in signis. Et transierunt
ad manassem plures de ierosolimitis quibus sara-
balla pecunias ministrabat. terram colen-
dam deputabat et habitacionem. **Macedonia**

Eo tempore mallius torquatus consul romanorum
filium suum licet victorem securi percussit quia contra
imperium consulum cum hostibus pugnaverat et eum
expugnaverat. **De alexandro mag-**
Per id tempus phylippus rex. **-no**
macedonum per insidias peremptus est
a pausania trahente genus ab ho-
reste. cui successit filius eius alexander. xx. annos
agens. Qui volens obtinere syriam transiit hel-
lespontum. Et congregati sunt adversus eum duces
darii qui erant trans flumen. et super granicum flu-
vium expugnavit eos. Cumque pervenisset
lydiam et yconiam pervenit ad locum panphy-
lie. Tunc darius filius filii arsami de novo col-
legit exercitum et misit eum cum ... ad mon-
tem cylicie tauri. Transiens tyliciam tauri.
Transiens in cyliciam macedones expugnavit.
Tunc gavisus est saraballa putans quod
pro victoria occurreret dario et edifica-
cionem templi ab eo impetraret. Ipse quoque
longe plus valebat. Sed aliter quam
sperabat evenit. nam victus est darius a mace-
donibus et capta matre eius et uxore et filiis
ad persas fugiens remeavit cum paucis.
Tunc alexander cepit aspirare ad monarch-
yam orientis et intrans syriam cepit dama-
scum et subiugata sydone thyrum obsidebat.
Tunc saraballa eligens de suis viros
misit alexandro et fecit ei auxilium dicens se liben-
cius obsequi ei quam dario. et quod locum sub pote-
state sua constitutum ei traderet et gratanter susceptus
est ab alexandro. Postea dixit ei se habere genero
manassem fratrem principis sacerdotum
gentis iudee et multos alios cum eo pre-
sentes erga gentem quos velle aiebat

sub eo templum constituere edificare locis que
sunt in alexandri potestate. quia potencia iudeorum
in duo divisa non rebellaret. Concessit enim
alexander omni studio edificavit saraballa
templum et altare quod permansit usque ad de-
structionem factam per romanos. et in eo ma-
nassem constituit pontificem. Porro cum alexander
erat in obsidione tyri scripsit ad principem
sacerdotum ierusalem mittens ei ut sibi preberet
auxilium et exercitui venalia prepararet
et redderet ei tributa que prius dario confere-
bat. Et iaddo se dario iuramento devinc-
tum se non eo vivente posse transcendere constitutum.
Tunc comminatus est alexander genti iudeorum quod per-
discerent quibus deberent constituta servare.
Tunc victis aggeribus tyrum fecit obtinere.
Qua vastata gazam obsedit et mortuus
est saraballa. Alexander autem capta gaza in
ierusalem festinabat. Et timentes iudei
clamaverunt ad dominum et immolabant hosti-
as. Et iaddo orabat pro gente. Cui post
sacrificium obdormienti precepit ei deus ut
confideret. sertisque civitatem ornaret et ipse
pontificalibus indutus et reliqui sacerdotes cum
eo legitimis stolis induti obviam occur-
rent alexandro. Et surgens a sopore
oraculum omnibus indicavit. Audiensque non
longe esse a civitate alexandrum processit cum sa-
cerdotibus et civium multitudine ad locum qui a veste indutus
saphyn appellatur. quod latine translatum spe-
culum sonat. unde et ierusalem et templum vi-
deri poterat. Et factum est contra spem omnium qui
sequebantur regem. Nam alexander intuens
antistitem pontificali stola insignem et
super cydarim laminam in qua scriptum erat
nomen dei descendit de equo et adoravit cum solus
et nomen dei adoravit et pontificem veneratus est.
Et obstupuerunt principes exercitus et lu-
dificatam regis mentem putaverunt. Solus
parmenion quesivit ab eo cur sacerdotem gen-
tis iudee adoraret et cetera. Non hunc adoravi
sed deum cuius principatum sacerdotii gerit. Nam
per sompnium deum vidi huius consimilem ad-
huc in lysia civitate macedonie constitutus.
Dumque mecum cogitarem utrum asiam pos-
sem obtinere iussit me confidere. nam ipse ex-
ercitum meum perduceret et principatum persarum
michi traderet. Hunc autem primo vidi in hoc
sacerdotis ipsius effigie. et quem in promissis
venerande confido. Et postea deum adoravit

et hoiem uenalē sum. Et ingressus urbē alex.
et in templo sacrificauit deo p sacerdotis ostē
sione. Et attulunt ei danyelē in q scrip
erat quendam grecorum pditurum psarum poten
ciam. Et arbitrans de se scriptum ee gauis
sus et in crastinum conuocans iudeos iussit pe
te quellet. et ipsis petentibus concessit ubique
patriis uti legibus. et vii anno ee sine tribu
tis. et psalm in tie. Et exinde ad alias ciui
tates pfectus est. Tunc samaritē uidentes
eius munificenciam circa iudeos cognatos
se ee iudeorum dixerunt. originē suam ab
effraym et manasse recensentes. Et
postulauerunt ut templum eorum in garizim
honoraret. qui rediens se facturum pmisit.
Cumque peterent ab eo relaxacionem vii an
ni cessauit cent. Et dixerunt se ee hebreos.
Cumque adderet utrum essent iudei nega
uerunt se iudeos ee. Et ait iudeis tamen
hec ego concessi. porro uos sub silencio
transiuit qui alex. darium uicit. et porum et
quem consuluit arbores solis et lune et cetera ammirabile digna que preceptori suo aristotili per epistolam indicauit ad ea que erca ipsum tam gesta sunt festinantes.

Arbores solis et lune e quibus sol cre
ebat et splendor sumitatem
arborum tangebat usque ad
radices pcuciebat. et tunc
responsum dabat interrogantibus
quod alex. de uxore et suis
recep. et de morte sua in
babylone inter ira feminam
a socrore. Sacerdotes qui ibi
erant uetetes pomis arborum
solis et lune centum annis uiue
bant illesi.

De reclusione x tribuum

Tamque cum uenisset alex. ad
montes caspios miserunt ad eum filii cap
tiuitatis x tribuum. Ex edicto enim tenebantur
egredi non licere postulantes ab eo egredi
endi licenciam. Cumque causam captiuitatis quesis
set accepit eos a pte recessisse a deo uitu
lis aureis immolando. et pphas dei
dicentes eos a captiuitate non redituros. et
ait quare includet eos. Cumque angusti
as obstrueret molibus bituminatis uidet
labore humanum non suffice. orauit deum
ut ut opus illud compleret. et accesserunt ad se
inuicem prerupta montium. et factus est locus in
meabilis. Ergo liquido apparet non ee dei uo
luntatē ut exeant. Egredientur circa
finem mundi magnam hominum stragem
facient. Et uixit. Jo. De quo fauit in fide
libris suis sicut tunc fecit in infidelis. Cum uero
dixisset alex. in babylone sumpto ueneno usum
lingue amisit. et extremam uoluntatem suam
scripto expressit. Et nolui monarchyam
suam in aliquem transferre aliquis par potentia
eius ... apud postos xii quos ab ad
olescencia socios habuerat regni successo
res instituit. Hec autem institucio non stetit
nam iiii exceptis tunc aliis abiectis reg
nauerunt. sicut in hystoria danyelis est com
prehensum. Mortuus est autem cum esset annorum xxxii
et xii annis regnauit. et de aquibus
quos xii alexandrias edificauit pmo
annorum quibus regnauit. ppe in amone
addidit parethomum i. uitulus sue edificatio
ut regnauit.

De ptholomeo soth.

Et post eum in egypto ptholomeus qui cog
nominatus est soth. Qui cum regno suo
adiecisset syriam apposuit ut adiceret et iu
deam. Et ascendens in ierusalem die sabbati fecit
eadem iudeos arma non moturos sub simu
lacione sacrificandi deo nullo contradicente intr
auit. vii ff jo. Ouidius sabatarchides iu
deos ridiculos appellauit quia pfectua si
stigone ... sustinuerunt. Ptholo
meus nam multos de iudea in graciam cap
tiuos ... ad egyptum redyt. et uendi
ti exponentes eos a negociatoribus in naciones
distracti sunt et dispsi. Et hinc captiui
tate ... non fuit gens alia ... dispsi sunt
in naciones. Unde in actibus aplorum legitur
conuenisse in ierusalem iudeos ex omni nacione
que sub celo est. Jaddo pontifici successit
filius eius symon iustus. Cui successit frater si
us eleazar. ponuia filio symeonis adh.

Eo tempore appius
claudius cecus rome claruit qui aquas
claudias induxit. et uiam appiam
strauit. Theophrastus phs claruit
quem a diuinitate loquendi ut ait cyceo n
accepit. Censu rome agitato inuenta
sunt ciuium ccc lxx. Condite sunt aroma
nis ariminum et beneuentum.

De phyladelpho.

Post ptholomeum soth.
regnauit in egypto phyladelphus.
hic studiosus et librorum cupidus
demetrium bibliothece sue pfecit. Cui
quesisset ab eo de numero librorum xx ad
ee inquit. Et paulo post pt tempe usque
ad ... pueniet posse ... [illegible] sibi dy.

apud iudeos esse legem ore ipsius dei editam et
digito dei scriptam. pro qua summo opere labo
randum esse dicebat ut in grecum versa eloquium in
archivis regalibus haberetur. Hec enim erat lex
dei quia per ipsum Zema dicitur id est inventorem omnium
viventem vel vivere sonat quem vulgus Iovem appel
lat. Et ad ostendendam legis eius sanctitatem addidit
quod non in aliqua illicitis cultoribus transferri potu
isset. nam et Theopompus hystoriis quas scri
bebat eam voluisset inserere insanus tamen
est per xxx dies. Theodectes quoque poeta eadem
fecit et excecatus et penitentes sanati sunt. Et sug
gessit regi ut scriberet pontifici iudeorum
ut iudeos hebree et grece lingue peritos
ad ipsum dirigeret cum lege dei qui ad eam
transferendam sufficerent. Quod ut impetraret
munera cum epistolis mittenda censuit. Addebat
Aristeus quod longo tempore iudeorum calamita
ti compaciens oportunitate liberandi eos invenis
set. Unde quod postulas obtinebis tot iude
is in regno tuo servientibus. Solve itaque eos
et non gravis erit pontifici iudeorum. Nec ob
hoc quod dico me iudeorum affinem estimes. Sed
quia scio tua interesse ut secundum omnium deum acto
rabilis. Et liberavit rex de iudeis cxx. dans
dominis eorum pro capite cxx. dragmas argenti.
Cumque rex dixisset hoc magnum esse dixe
runt. Magnum quidem est sed non regi munifi
co. Tunc scripsit rex Eleazaro in hunc
modum. Cum in terra mea quos secum noscerat libera
tem donavi. arbitrans hoc deo esse iocun
dum. Quorum quosdam milicie assignavi.
alios quorum fidem probavi constitui in pala
cio. leges vestras in mea bibliotheca repo
nere decrevi. Bene ergo facies mittendo sex nobis
viros seniores qui valeant interpretatione
earum claritatem nobis relinquere. Transmisi ni
c. argenti talenta pro immolationibus facien
dis et separavi l. talenta auri ad crathe
ras et ligatoria facienda et gemmas sine
numero et artificum operationes. Tu manda
nobis que ex his fieri volueris quia grata amplec
temur. Tunc mittens ad eum Eleazarus quod
postulabat et rescripsit ita. Ad interpretandam
legem quam postulas misi viros seniores de
unaquaque tribu vi. legem ferentes. tue autem
pietatis vel iusticie erit eam ad nos cau
te remittere. Hii sunt lxx. interpretes. qui
licet lxxii. fuerint more sacre scripture
lxx. dicuntur quod modicum numerum sub aliquo summa

sub certo solet sepe scribere. Qui cum venissent ad regem
benigne ab eo collecti sunt. non tamen ad regem
intromissi usque ad diem quintum. Imminebat
autem illa die sollempnitas triumphalis pro triumpho
quodam quem maiores sui ea die habuerant. Ea
igitur die suscepit eos quos coram universitate
principum decrevit honorare. Post susceptionem
vero xii. diebus fuerunt cum rege et sciscitabatur
unicuique ab eis quod in corde suo disposuerat. et sapi
enter de duobus. De cognitione dei et regni
gubernatione. Cumque interrogasset eum de reg
ni administratione. pleni disputaverunt de modo
colendo. et quod nulla creatura deo esset. Inter
que ubicumque occurrit eis de trinitate vel silencio
transierunt vel enigmatice transtulerunt ne tres
deos colendos tradidisse viderentur. Similiter
et de incarnatione ubi fuit hec. ut in ysa
ya. qui cum dixisset puer natus est nobis nasciturum
et addidisset. vi. ei nomina. quorum unum est deus. pro
illo. vi. nominibus transtulerunt magni consilii
angelus. ne viderentur tradidisse hominem
deum fieri. Tunc ostenderunt regi volumen quod
attulerant. nec sufficiebat rex admirari carta
rum tenuitatem et compaginatione que oculis
deprehendi non poterat. quomodo littere auree scrinio
re scripte adeo legibiles apparerent.
Introducti autem sunt in domum regiam secus mare
secretum que erat ad deliberationes negociorum. et
date sunt eis celle singule. et quod quod visum est
eis optimum et comodum ad interpretandum
diluculo egrediebantur ad optandum regi bo
na et polycronitudinem. Tunc lavabant se
ad mare et sic
fientes iudeorum
precem interpretabant
usque ad horam
nonam. Inde transi
bant ad cibum
et regem et simul
manserunt apud
lxxii. diebus
ut quidam volunt
sunt et quod non transtu
lerunt tunc nisi

Polycronitudo dicitur oratio que
sit ab ecclesia pro regibus pon
tificibus principibus ut deus op
tat eis bona spiritualia et
temporalia et eterna. et temporis
longitudinem. poli enim grece plu
ralitas latine. cronos
tempus. Adhuc apud grecos tal
is consuetudo est ut mane sur
gentes templum respicientes cla
mant polycronitudo basile
os id est multi temporis imperator.

pentatheucum. Postea vero Ieronimus qui redi
erit. vel post aliquot creis ad regem redeun
tes transtulerunt psalmos et prophetas. Ve
rum tamen sit miraculose factum est ut tradit
Augustinus quod una et eadem sit dissonancia in
venta sit editio et mirum miraculose

fieri potuit ut in lxxii diebus interpretati sint legem quam
et pharisei. Iero. tamen videtur velle quod in ipsa translatione vi-
ginti falso conferebant cronographi constantes-
unam. Nec mirandum est hoc accidisse, cum Hesdras
legem quam per ignem perierat reparavit. Preterea cum veteri
scriptura que apud Samaritanos erat conveniret.
Opere expleto convocavit Demetrius quosdam libros
erant omnes iudeos qui erant in Alexandria et de-
putatos priores et lecta est coram omnibus translacio
eorum et approbata. Postea delata est ad regem
et coram eo replicata. Cum peterent interpre-
tes a rege dari auctoritatem ut immobilis perseve-
raret. Hoc se facturum laudavit si demum ita
caste corrigerent eam ut quod semel editum
foret non cogeretur iterari. Et remisit eos
muneribus honoratos. Eleazaro quoque transmi-
sit munera in templum et misit per vasa
mensam auream gem-
mis incomparabilibus
insignitam. Cuius
erat altitudo cubiti et
dimidii cubiti et materiam superabat opus.

Hoc fuit unum de mira-
bilibus mundi ut dicitur. Pha-
rus. Ibi erat turris altis-
sima in littore maris
sita non in terra fundata
sed super iiii vitreos cancros
posita et tante magni-
tudinis quod ignis in summo po-
situs totum litus irradiabat.

Incidentia

Eo tempore Sostratus pharum in Alexandria
construxit. Aratus clarus et argenteum
nummum primus in urbe prefiguravit. Roma-
nos Carthaginenses navali prelio vicerunt
Metello consule fugato.

De euergete

Post Philadelphum regnavit frater eius
Ptholomeus Euergetes qui ab egyptiis euge-
tes dictus est quod interpretatione sonat, quia
post vastatam Syriam et Ciliciam et partem Asie
inter innumera spolia recepit et deos eorum quos
Cambyses in Persidem transtulerat. Reversus iu-
deorum pontifex Onias Simonis iusti filius. Cui
successit Simon filius eius. Sub quo Ihesus filius Sirach
librum sapientie qui Ecclesiasticus dicitur composuit quem
panaretos vocavit et patris Simonis in
eo facit mencionem. Porro Onias cum tributum
negasset Euergeti zelo legis vel potius ex
avaricia ut dicit Iosephus qui eum inhonorum
fuisse testatur, compulit regem iratum. Et mi-
sit legatos a iudeis et iussit Onias ad
regem Ioseph vir nobilis Thobie filius
et sororis Onye. Hic habuit filium Hircanum
cui dum puer esset
prelatus patri
...

Antifecit boves
et carnes comme-
dit et decorticis

Ap. a. q. e tot. a re
to q e vit. q tot.
vitios

fecit loca et fecit
ut terram -

bovi sine lovis. Et
non solum pacem refor-
mavit sed remisit
a rege dux iudee et finitimarum regionum.

Eo tempore Ennius
advenitur a Cathone questore Romam
translatus sub tugurio parvo contentus et uni ancille
ministerio. XL ferme milia Gallorum a Roma-
nis fusi cesa apud Rodum.

De philopatore

Colossus magnus terremotu corruit.

Post Eugetem reg-
navit filius eius Ptholomeus
Phylopator. Post
quem Ptholomeus Epyphanes. Post
quem Ptholomeus Phylometor. Quo
vivente rex Syrie Anthyochus
magnus et Iudeam subiuga-
vit. Pontifex iudeorum
Onias magnus Simonis fi-
lius ad quem ad repetendum fedus
quod legitur fuisse inter Abra-
ham et maiores suos Lace-
demoniorum rex Arius lega-
tos misit.

Ymago mire
magnitudinis
sagittam ad sum-
mum dirigi non
valet et caput
eius tante magni-
tudinis quod caperet
at xxv cho-
ros frumenti et sin-
gulorum pre ipe
dibus aptum e
rat unum portare
homo tenere et ante
de in caput.

Porro Anthyochus tributa vy-
anni et ministrorum templi que Philadelphus
relaxaverat a iudeis revocavit. Qui dum
finitimas regiones supra modum infestaret
delatum est Romanis et missi sunt ad
eos Scipio Nasica et Scipio Africanus et ab
infestacione sub religione iurisiurandi amo-
verunt eum. Insuper tulerunt ab eo obsidem Se-
leucum filium eius quem volens recipere ab eis tra-
didit pro eo filium minorem natu Antyochum
Epyphanem ita quod eciam obses fuit annis xiii. Inde re-
ditur. Ad eundem Antyochi senectam descen-
dit Onias in Egiptum ad Ptholomeum Epyphanem
ut sub fide eum. Occisus est in Persyde Anthyo-
chus in phano Nanee et inbriati eius a sacer-
dotibus qui in dolo permiserunt ei thesauros
et cum paucis introierunt in aditum.

De seleucho

Post Anthyochum
magnum regnavit in Syria filius eius
maior Seleucus pessimus. Sub hoc
pontifex iudeorum Onias. Nam Onias
transeunte in Egyptum filius eius Symon sedit pro
eo. Cui successit filius eius Onias. Sub hoc
misit Seleucus nuncium Helyodorum cum
ad spoliandum eos erarium templi. Sed va-
na sunt donaria in usus templi. Cum ingres-

in templum surrexerunt duo iuvenes de latibulis et occiderunt eum. Ut tradunt, volunt angelos fuisse in similitudine hominum. In ii. libro machabeorum legitur quod apparuit terribilis sessor equi et percuciebat eum et calcibus et multis plagis semimortuum. Et duo iuvenes decori flagellabant eum. Timensque onyas indignacionem seleuci oravit ad dominum pro defuncto et surrexit. Qui rediens ad regem ait: Si habet dominus meus aliquos quorum sitiat sanguinem, mittat eos in ierusalem ut spolient templum.

Eo tempore aristobolus nacione iudeus epipatetice phylosophie secte commentarios explanacionum in moysen ptholomeo philometori.

De antyocho epyphane

Audiens autem antyochus epyphanes qui rome erat obses pro patre patrem mortuum fratremque fuisse in inhianciam de regno syrie habendo presumens clam roma egressus est, et quidam tradunt eum de subito veniencia senatorum redisse, receptusque in syriam se benignum omnibus et munificum exposuit. Strenuus erat in agendis et acer in hostes, unde et apud eos cognominatus est epyphanes quod sonat illustris. Et mortuo fratre regnavit pro eo. Tunc iason ingratitudine sibi in ffratrem apud quem pro regno obtinendo pallii auget. Tunc surrexerunt in ierusalem filii belyal inducentes ritus gencium et pecierunt ab antyocho ut facerent iuventutis ephebyam, id est lupanar epheborum, et quod ierosolimite scriberentur antyocheni, et gygnasia in quibus docmatizabant de ritu gentilitatis, et fecerunt sibi preputia, id est non circumcidebant parvulos suos vel quia ritu circumcisorum vivebant. Quidam tamen volunt quod quedam velamina fecerunt circumcisioni sue, ne in denudacione sua grecis apparerent dissimiles. Causa autem huius flagicii hec fuit: Onyas summus sacerdos duos habebat fratres ihesum et iohannem qui contendebant de pontificatu. Et ut placerent antyocho declinaverunt ad ritus gencium adeo ut et nomina gencium sibi imponerent. Et ihesus dictus est iason, iohannes autem menelaus. Cum plures cum iasone supplicaverunt antyocho de faciendo gygnasio in ierusalem et audierunt eum viri pessimi et ipsi habiles in [illegible] iasone factum est. Porro antyocho

Dicit augustinus quod ignis sacrificii qui per lxx annos babylonice captivitatis sub aquis iacuerat extinctus est antyocho vendente sacerdocium iasoni.

ochus amovit iasonem et elevavit menelaum qui fecerat onyam in antyochiam. Hic non erat de stirpe sacerdotum, sed descendebat ad regem si posset mutare animum regis. Quod cum nequisset, sedebat in antyochya in asylo. Et videns postea cum menelaus quod a fratre andronico ut occideret onyam. Qui evocans eum de asylo occidit. Et iratus rex pro morte sua andronicum exutum purpura et flagellatum per civitatem in eodem loco fecit eum interfici in quo ille occiderat onyam. Porro antyochus cum pervenisset egyptum, iason cum idolo ascendit in ierusalem et prodiciones civium adhibitus fecit in ea

In iiij. tamen libro machabeorum dicitur solum iason fuisse frater onye, et menelaus frater cuiusdam symonis qui invidens onye persuasit seleuco de thesauro spoliando quod quidam

et pepulit in vincula multos. Et lugebat omnis terra. Cumque redisset in egyptum et esset repulsus per nuncios romanorum, post biennium rediens in ierusalem in furore et apperuit ei portas fraudulenter. Et interfecit multa milia senum et iuvenum et expoliavit templum menelao ductore tollens vasa et altare aureum et mensam et candelabrum et velum et coronas aureas, quas cum non abscondunt. Et posuit in templo ydolum iovis olympii, vel hospitalis. Oblaciones iudeorum molestas fecit et prohibuit altare evertens et amovens et suillas carnes comedere et ydolo immolare coegit iudeos. Arcemque munivit in civitate david, in qua posuit presidium macedonum qui iudeis essent et inimicus iudeis. Matres autem que circumcidissent filios suos reppertas suspendebant et parvulos ad colla eorum. Videntes autem samaritee iudeos hec pati de consuetudine nature sue se non esse cognatos iudeorum fatebantur. Et quod edificaverant presidiaverant templum suum in garizim dei esse maximi negaverunt scribentes antyocho in hunc modum: Deo epyphani relacio asyhymitarum sydoniorum. Maiores nostri propter pestes quasdam siccitatesque falsorum secuti sunt edificantes in garizim templum sine numine, venientes iudices vestri ad nos et similiter iudeis nobis inferunt dampna. Ab inicio sydonesque nos scimus. Cohibe iudices tuos ab affliccionibus nostris et templum sine garizim nomine grecum iovis peregrini dedicari. Et ad iudicium antyochus fecit peticionem eorum.

De machabeis

Tunc multi iudeorum sponte quidam timore regis iussa secuti sunt. Quidam ...

machabeorum .ij.